

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Consolacio e
cum fontibus primis

Paupertatem times
sed beatos pauperes Christus appellat.
Labore terreris,
nemo athleta sine sudoribus coronatur.
De cibo cogitas
sed fides famem non timet.

paupertatem times?
sed beatos pauperes Christus appellat.
labore terreris?
sed nemo athleta sine sudoribus coronatur.
de cibo cogitas?
sed fides famem non sentit.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 14.10.3
(CSEL 54, I. Hilberg ed., p.60, ll.3-6).

Deus ipse omnium rector ac Dominus
cum omni angelorum milicia certamen tuum expectat,
tibi contra dyabolum dimicanti parat
eternitatis coronam.

Ieronymus in quadam epistola.

Deus ipse omnium rector ac Dominus,
cum omni angelorum militia certamen tuum spectat:
tibi contra diabolum dimicanti parat
aeternitatis coronam,
et coeleste praemium incitamentum victoriae facit.

Pelagius, *Epistola ad Demetriadem*, 1.14
(PL 30, col.29C).